

**Summa utriusque iuris doctoris Raymundi w edycji Commune Incliti Poloniae regni privilegium constitutionum et indultuum publicitus decretorum approbatorumque.**

Starodruk, Biblioteka Jagiellońska, St. Dr. Cim. 8002

Odczyt: Kamil Sorka

Księga 2, rozdział 51, fol. XXIIv

**De solenni testamento. Capitulum. LI.**

In solenni testamento debent esse secundum leges septem testes, viri honesti, qui manibus suis se subscribant vel sigilla sua appendant. Sed in privato et in simplici testamento requiruntur tres testes, secundum vero canones duo vel tres. Et in hac parte legibus derogatur, quia duo vel tres testes in omni testamento sufficiunt. Si autem sunt plures, tanto melius, honestius et manifestius. Sufficit tamen aliquando in testamento unum sigillum principis vel civitatis pro corroboratione testamenti. Et si sigillum propinquorum possit in testamento haberi, esset utile et honestum. Si vero non, tunc extraneorum sigilla sufficiunt ad eius firmitatem.

[hasła: ważność testamentu, świadkowie, pieczęć, podpis, forma testamentu]